

X 1863278

Melius per Exempla
quam per Regulas do-
cetur.

II g
198

C. D.

PAPINIANUM,

in Magdalenæo Vratislaviensi,

Anno Christiano c^o l^o c^o XCV.

a. d. 26. Julii, Horis ab ipsâ 8. matutinis,

Dramate exponendum Gymnico,

denunciat

M. CHRISTOPHORUS POMARIUS, Conr.

VRATISLAVIÆ,

Ære Baumanniano exscripsit

JOHANNES GÜNTHERUS ROERERUS,

Officinæ Typographicæ Præfectus.



Luc. 3.



I. N. D. J.
LECTURIS

Salutem, Observantiam, Officia!



Uod de illâ & Urbis & Imperii Romani æmulâ, Carthagine, usurpat Sallustius, de eâdem Silere, melius putans, quàm parum dicere; id ipsum & de nunciâ vetustatis & magistrâ vitæ, Historiâ, ejusq; laudibus verè posse asseri, extra omnem ambigui aleam ponitur. Atq; per nos licet de Historiæ dignitate, utilitate, necessitate ornatè, graviter, disertè & copiosè alii explicent. Nobis litterariæ publi Historiographos, eosq; Eloquentiæ daduchos, tradentibus id sedulò cavendum est, nè illud Petronianum, Juvenes in Scholis eò fieri stultissimos, quia nihil ex iis, quæ in usu habemus, audiant & videant; in nos jure meritòq; expetat. Cum enim ea Philosophiæ pars, quæ rectè facere docet, & Monitis & Exemplis facilè absolvatur, hæc ipsa hætenus ex Nepote, Svetonio, & Curtio delibare, ac delibata ad imitationem, atq; in usum publicum proponere, operæ precium duximus. Archetypa enim vitæ Axiomata & Specimina non aliunde, quàm ex Historia, utiliùs peti queunt; utpote quæ efficacissima ad res civiles institutio est. Quam feliciter autem, & nullo quasi negotio, sibi quæ profint, quæ obsint, exemplorum intuitu discant Homines, florentissimus rerum Romanarum Conditor, Livius, ipso Operis ingressu, de Historico differens Studio, luculentè docet. Etenim, Hoc illud est, inquit, præcipuè in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri: inde tibi tuæque reipublicæ, quod imitere, capias; inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites. Fallunt igitur & falluntur, cum & privatim & publicè talia conducant monumenta, qui fallendi saltim otii, aut jucunditatis gratia, aut adornandæ etiam dissertationi Politicæ in veterum memoriis versati, se hic omnium tulisse puncta, jactitant. Quin potiùs alienâ (quod dicitur) frui insaniâ, hoc est, ex alterius damno sapere; & quod rectè, quod pulchrè, quod laudabiliter gestum est, æmulari præstiterit. Ad hoc sanæ prudentiæ vestibulum deduxit Filium, Leonem Philosophum, Basilus Macedo, rerum ante se gestarum æquè, atq; armorum notitiam Principi necessariam ratus; dum aureo hoc insim monito instruxit: Per historias veteres ire ne recusa. Ibi enim reperies sine labore, quæ alii collegerunt cum labore: atque illincharies & bonorum virtutes, & improborum vitia, vitæ humanæ varias mutationes, & rerum in eâ conversiones, mundi hujus instabilitatem, & impiorum præcipites casus; & ut verbo complectar, malorum facinorum pœnas, & bonorum præmia: quorum illa fugies, ne in justitiæ divinæ manus incidas; hæc amplecteris, ut præmiis, quæ ea comitantur, potiaris. Fallor? an, quod Romanus Sapiens censuit, Longum iter per Præcepta; breve & Efficax per Exempla? Ita est. Meliùs nempe, auctore Plinio, homines Exemplis docentur, quæ imprimis hoc in se boni habent, quod approbant, quæ præcipiunt fieri posse. Adeò Auctor est bonorum sequentium, quod Viro in rebus Egregii publici curandis satis exercitato, Symmacho, placet, qui relinquit exemplum. Nec frustra, inspicere tanquam in speculum, in vitas omnium, jubet incomparabilis Comicus, atq; ex aliis sumere exemplum sibi: Hoc facito scilicet. Rectè sanè. Hoc fugito. Callidè. Illud etenim laudi est: Hoc vitio datur. Hinc tot magna, eaq; bello nata ingenia jam olim varietate præliorum, & prospero ducum exitu; Fortitudinis & Constantiæ documentis, sibi animum masculam ad virtutem mirificè incensum sapiùs fenserunt. Ut alios imitatione alienâ captos nunc omittam, quis Ducem omnium Graji Sangvinis virorum clarissimum, Themistoclem, ignorat? Quippe quem, (testis est Valerius Maximus) ferunt stimulis virtutum agitatam, & ob id noctes inquietas exigentem, quærentibus, quid ita eo tempore in publico versaretur, respondisse: Quia me Tropæa Miltiadis de somno excitant. Marathon nimirum animum ejus, & Artemisium, & Salamis, navalis gloriæ fertilia nomina illustranda, tacitis facibus incitabant. Nec dissimilibus de causis Homerum Alexander, Scipio Africanus alter Xenophontem; alter Polybium ipsa inter arma, & in castrorum strepitu circumtulerunt. Taceo Augustum Cæsarem, Præcepta pariter & Exempla, eaq; publicè, immo & privatim salutaria; (utraq; enim conjungit Svetonius,) in utriusq; Lingvæ auctoribus evolventem, eaq; ad verbum excerpta non minus ad magistratus, quàm domesticos ut plurimum mittentem. Taceo Alexandrum non Cognomine, sed re ipsâ etiam Severum, qui, ubi de re militari tractaret, Historiæ gnaros (ut Lampridius in ejus vitâ memorat) maximè adhibuit, ex iisdem avidè requirens, quid in talibus causis, quales in disceptatione versabuntur, veteres Imperatores vel

vel Romani, vel exterarum gentium fecissent. Enimverò ad vitæ etiam institutionem Junioribus apprimè utilem esse Historiam; moresq; ad virtutem potissimùm effingere, nemo, equidem opinor, (modò bonæ mentis advocatus audiat) temerè infitias iverit. Omnibus enim seculis Boni & Viri & Cives monumentis ejusmodi, tanquam propriis ac perpetuis studiis suis, adolescentiam, & plerasq; ævi residui curas defigere soliti sunt. Dum enim laudatissimam vitæ magistræ, at nunquam satis laudandam, pronis affectibus auscultant in spem Patriæ nati Juvenes, fieri amat, ut plus exemplis, quàm moribus aut monitis, ad rationem vitæ in cereo ætatis flexu erudiantur. Succrescente autem judicii auctumitate, quomodo honesta à turpibus, utilia à noxiis discernenda veniant; quid in publicum & inter privatos parietes appetant, quid fugiant, ut alii exemplum de ipsis capere possint, publici juris faciunt, & communi omnium Bono exponunt. Non enim Scholæ, sed vitæ, sed Ecclesiæ Reiq; toti publicæ se in lucem hanc editos, ex Præceptoribus didicerunt. Unde non solum Pietatis, Modestæ, Doctrinæ, Prudentiæ, Fortitudinis, Temperantiæ, aliisque laudibus vehementissimè trahi; sed & improbitatem, arrogantiam, ruditatem, imprudentiã, variam metus vel audaciæ vicissitudinem, libidinem deniq; in aliis notatam, nec impunè habitam, odio magis magisque prosequi indies discunt. In quibus sive impigrè sectandis, sive masculè vitandis si Historiæ perrexerit alumnus, non Eloquentiæ modò, sed & Auctoribus sic interiùs haustis & animo comprehensis, prudentiæ civilis solum ita jaciatur solidum necesse est, ut, quicquid ei ad Rempublicam vel Togato vel Sagato feliciter quondã gerendam, reliqui videbitur, citra pulveris jactum superstrui valeat. Eundem geminum finem & præsens, quod modò ante oculos, quantumlibet extra ordinem, habemus, Papinianus respicit. Etsi forsàn Lectoribus plerisque omnibus Virilingiani potiùs, quàm hujusce Dramatis, in mentem venire poterat. Absit tamen beneficium sciamus sumere, ac reddere nesciamus. Debeo, ac libenter debeo, quod apud me pridem depositum grato animo intueor. Quid? Debeo? Qui, quod solvere teneor, non invitus debeo; atq; ut non tam debitoris, quam grati hominis animum habere videar, reddere adhuc, nec inconsultè, profero. Scilicet Memoriam Matthiæ Virilingii secularem meditor; quæ cum in Horam incidat Auctumnalem, nemo exactor, qui esse optimum ducit, quod pro tempore videtur rectissimum; mihi vitio verterit, quod tempus tempore temperans, quali quali hostimenti accessione Manes de Græcis Litteris præclare meritos mactare in animum induxerim. Ita enim hoc solenne & certius, (cui utpote curando, si quid humanitus mihi acciderit, vel post cineres nostros, qui vicarias præstet operas, non deerit) & forsàn aliis, præcipuè iis, qui Beneficiis paribus Virilingio palmam facere ambigunt, nisi præripere jam cogitant, speciosius, certè geminã palmã dignius videbitur. Quã autem operã ut citra ludibrium, seculo nec dum exacto, maturiùs defungerer, hætenus dispicere non licuit. Ad referendam enim hanc gratiam alieno tempore festinandum minimè erat. Quod ipsum, ne cunctatoris omnibus ingratis nomen subire videar, nolui nescires. Sed ad Scenam vitæ ipsius Æmiliæ Papiniani summariam nobis deproperandum est. Hic igitur Imperatorum trium Consiliarius ob arduas animi dotes, ad Præfecturæ Prætorio Culmen evectus, invidiã & calumniis suspiciosissimis appetitur. Caracalla etenim, Cæsar Imperator, homo sanguinarius, post Getam, Fratrem Germanum & Imperii consortem, in ipso Juliæ Matris gremio, nefariè à se interfectum, omnium in se odia derivavit. Tum itaq; suo illi Consiliario, at Æqui servantissimo, hoc officii imperavit, ut ipse, tanquam Vir Legum scientissimus, ac incredibili valens auctoritate, illud Parricidii scelus qualiquali etiam Juris Titulo penes populum Romanum cum maxime purgaret, & ita alienatum à se & Senatibus & exercitum sibi quodammodo conciliaret. At enim excusandi quidem sceleris negotium dederat Percussor, sed calculum suum gravissimi Scævola auditor non addidit; scilicet non tam facile esse, ratus, velare, nedum excusare parricidium, quàm perpetrare. Unde hic partim collabefactæ fidei, partim insidiarum criminis, quantumlibet falso, insimulatus est. Id propter cum nullis modis, diris nullis flecteretur, perduellionem accedem constantissimè improbens, capite truncatus est. Cùm igitur pulcerrimum hoc Romanæ Constantiæ Exemplum craftino (si dederit hoc DEUS) matutino nostris Actoribus in Scenam producere sedeat, ut vos, Eximii Litterarum Proceres & Cultores, Viri illustribus, honorificis & officiosis pro omnium Ordinum statu Titulis compellandi, Audiendis clementer ac benevolè favere, adeoque institutum nostrum Studii & amoris soliti stimulis provehere, discentium deniq; litteris ad altioris res indaginis calcar subdere dignemini, à vobis, eo, quo decet, observantiæ & officii cultu enixè contendimus, & rogamus. DEUS vos servet! P. P. Vratislaviæ III. Cal. Sextiles, ipsis anniversariis Jacobi Solennibus, ANN. ER. CHR. MDCCXXCV.

Perfo-

AK 119 148

Personarum Designatio.

Papinianus, J.C. & Præfectus Prætorio, *Martinus Gotofredus Scultetus, Crosensis Silesius.*

Ejusdem,

Uxor, *Plautia, Johannes Gotofredus Schleicher / Winzigensis Silesius.*

Parentes,

Hostilius, Sigismundus Schröder / Goldbergensis Silesius.

Eugenia, Sigismundus Weist / Lanbâ Lusatus.

Filii,

Horatius, Johannes Daniel Curæus, } Vratislavienses.

Astyanax, Samuel Pomarius,

Ælius Maximus, Johannes Georgius Emrich / Weigelsdorfio Sil.

Callistratus, Gotofredus Fessel /

Dec. Florentinus, Daniel Fridericus Meisner / } Vratislavienses.

Intimus Familiaris, Tullius, Gotofredus Peucer, Bernstadiensis Silesius.

Caracalla, Daniel Aschnerus, Vratislaviensis.

Ejusdem Frater Germanus & Imperii Consort, *Geta, Balthasar Alexander à Schweinitz / Eques Silesius.*

Utriusq; Mater, *Julia, Silvius Christianus à Langenau / Eques Siles.*

Ejusdem Juliae

Aulicus, Sigismundus Peucker / Goldbergensis Sil.

Pedissequæ, Fridericus Sigismundus à Kuthky, Nobilis Siles.

Georgius Schuhbart / Vratislaviensis.

Johannes Henricus Sincert / Lubena Siles.

Gotofredus Reinhold / Vratisl.

Genethliacus, Philostratus, Henricus Copisius, Vratislaviensis.

Caracallæ Filii,

Septimius Alexander, Daniel Heinge /

Catulus, Jacobus Ludovicus Daschinsky / } Vratislavienses.

Cæsariani

Cubicularii

Aurelius, Christianus Fridericus Kästel / Sprottavia Silesius.

Abinus, Philippus Adamius / Neobrandenburgo Marchicus.

Cornelius, Henricus Copisius, idem, qui supra Junæ Planetarius.

Confiliarii,

Scævola, Christ. Fr. Kästel / idem, qui Cubicularium aget.

Junius, idem, qui modò in Cubiculariis scriptus legitur, Ph. Mauritius.

Maternianus, Christianus Ernestus Copisius, Steinoviensis Sil.

Masurius, Johannes Christophorus Winckler / Bregâ Silesius.

Tryphonius, Christianus Fridericus Scherffer à Scherffenstein / Nob. Sil.

Placidus Atellanus, Daniel Sperer / Chrysorinus Silesius.

Assessores,

Tribunus plebis, Domitius, Georgius Wilhelmus Heinzelmannus, Berolstad. Sil.

Quæstor Urbanus, Fulvius, Christophorus Sincle / Crosnâ Silesius.

Custodiæ corporis Augustorum

Dux, & Legatus Legionum, M. Æmilius, Christianus Ulricus à Reh diger / Eques Sil.

Centuriones,

Martialis, Daniel Rimer / Vratislaviensis.

Valerius, Samuel Böhmer, Schmidebergâ Siles.

Milites,

Legionarius, Christianus Gaulkenus, Tempelburgensis Pomeranus.

Tiro, Johannes Wilhelmus Stotzer / Ruthinensis Silesius.

Accensus, Calpurnius, Gotofredus Schmidius, Seidenbergâ Lusatus.

D. G.



1077

110.

I. N. D. J.
LECTURIS

Salutem, Observantiam, Officia!



Quod de illâ & Urbis & Imperii Romani æmulâ, Carthagine, usurpat Sallustius, de eadem Silere, melius putans, quàm parum dicere; id ipsum & de nunciâ vetustatis & magistrâ vitæ. Historiâ, ejusq; laudibus verè posse asseri, extrâ dignitate, ut Nobis litterariæ publi Historiæ vendum est, nè illud Petroni quæ in usu habemus, audiamus philosophiæ pars, quæ rectè facerentur ex Nepote, Svetonio, & publicum proponere, operæ præ aliunde, quàm ex Historia, utilitio est. Quam feliciter autem eorum intuitu discant Homines ingressu, de Historico differere cipuè in cognitione rerum salomonio intueri: inde tibi fœdum exitu, quod vites, ducant monumenta, qui fallere fertationi Politicæ in veterum potius alienâ (quod dicitur) quod pulchrè, quod laudabiliter stibulum deduxit Filium, Leæquæ, atq; armorum notitiam struxit: Per historias veteres incum labore: atque illinchaurias mutationes, & rerum inepites casus; & ut verbo compilla fugies, ne in justitiæ divinat, potiaris. Fallor? an, quæ & Efficax per Exempla? Ita est quæ imprimis hoc in se boni h. Auctor est bonorum sequentium Symmacho, placet, qui relinquitas omnium, jubet incomparabilicet. Rectè sanè. Hoc fugito. gna, eaq; bello nata ingenia jam & Constantiæ documentis, sibi arunt. Ut alios imitatione aliorum virorum clarissimum, Themistoclerunt stimulis virtutum agitati eo tempore in publico versaretur Marathon nimirum animum ejus stranda, tacitis facibus incitabat Africanus alter Xenophontem; alerunt. Taceo Augustum Cæsarem, præcepta pariter & Exempla, eaq; publicè, immo & privatim salutaria; (utraq; enim conjungit Svetonius,) in utriusq; Lingvæ auctoribus evolventem, eaq; ad verbum excerpta non minus ad magistratus, quàm domesticos ut plurimum mittentem. Taceo Alexandrum non Cognomine, sed re ipsâ etiam Severum, qui, ubi de re militari tractaret, Historiæ gnaros (ut Lampridius in ejus vitâ memorat) maximè adhibuit, ex iisdem avidè requirens, quid in talibus causis, quales in disceptatione versabuntur, veteres Imperatores vel



Atq; per nos licet de Historiæ disertè & copiosè alii explicent.uchos, tradentibus id sedulo caustultissimos, quia nihil ex iis, expetat. Cum enim ea Philocilè absolvatur, hæc ipsa hæcimitationem, atq; in usum putitæ Axiomata & Specimina nonicacissima ad res civiles instituofint, quæ obsint, exemploConditor, Livius, ipso Operisim, Hoc illud est, inquit, præpli documenta in illustri posita, capias; inde fœdum inceptu, privatim & publicè talia conatia, aut adornandæ etiam disulisse puncta, jactitant. Quinlamno sapere; & quod rectè, Ad hoc sanæ prudentiæ vedeo, rerum ante se gestarum aureo hoc insim monito in labore, quæ alii collegeruntorum vitia, vitæ humanæ varilitatem, & impiorum præci& bonorum præmia: quorum ut præmiis, quæ ea comitanum iter per Præcepta; breve homines Exemplis docentur, accipiunt fieri posse. Adeoici curandis satis exercitato, re tanquam in speculum, in viemplum sibi: Hoc facito scioc vitio datur. Hinc tot maroducum exitu; Fortitudinis rificè incensum sapius senseem omnium Graji Sangvinis testis est Valerius Maximus)ntem, quærentibus, quid itaMiltiadis de somno excitant. s gloriæ fertilia nomina illuomerum Alexander, Scipio castrorum strepitu circumtu